De Visitatione Terrae Stabiae

Die 23 9bris. Anni Dni. 1719

Illmus. et Rmus D. associatus à DD. Convisitatoribus, alijsque Familiaribus pervenit circa horam vigesimam secundam ad dictam Terram Stabiae sub dominio temporali Illmi. et excmi D. Principis Burghesij, et in Palatio Residentiae indutus Pontificalibus processionaliter sub Baldachino cum Capitulo, Clero, Magistratu, et Populo, perexit ad ecclesiam Collegiatam dicatam S. Iuliano, Patrono, ibique peractis solitis Ceremonijs, et recepta Obedientia Capituli, et Cleri et expleta Defunctor. absolutione, cum Sermone Pastorali sacram visitationem aperuit, et devenit ut infra

De SS. Eucaristiae Sacramto.

Visitavit SS. Eucaristiae Sacramtum in ostensorio, et Pixide retentum, et mandavit innovari Lunulam ostensorij, et firmari Crucem eiusdem, nec non provideri de novo Conopeo pro Pixide infra mensem, recitatis interim solitis precib. cum eod. SSmo Sacramto Populum benedixit.

De Sacro Fonte Baptismali

Mandavit ciborium interius tegi panno decente albi coloris. Sed fieri Cocleare argenteum, vel stanneum, cum manubrio, ut possit appendi. Muniri Ianuam, ut non possit tam facilè aperiri, et provideri de Baldachino infra mensem.

De Sacris Oleis

Mandavit apponi Crucem in Vasculo Olei Infirmorum, et fieri novam Bursam sericam violacei coloris, cum Cordulis sericis apte insertis, quibus Collo Sacerdotis appendi possit infra Mensem.

Die 24 9bris 1719

Ill.mus et R.mus D. prosequendo visitationem Ecclesiæ Collegiatæ ad eandem se contulit associatus ut supra, et post celebrationem Missæ planæ visitavit, et decrevit ut infra

De Sacris Reliquijs

Asservantur in altare S. Iuliani sub duabus Clavibus, quarum una penes Archipresbiterum, et altera penes Sancterium pro tempore; Notula exhibita fuit, et alligata in actis p.te p.ma fol. 391

Inter cæteras adest lignum SS.mæ Crucis in Cruce argentea, Caput S. Iuliani in Busto argenteo, et Dens S. Antonij Patavini in base pariter argentea.

Duo Tabernacula lignea cum suis Reliquijs suspensioni subiecta invenit, et in eadem reliquit, donec brevis inveniantur seu in meliore modum aptentur.

De Altare Maiori

Erecta est in eo Societas SS.mi Sacram.ti aggregata ven. Archiconfraternitati S. Laurentij in Lucina de Urbe, quæ habet onus manutenendi d.um Altare de Cera in 3.a Dom.ca cuiuslibet mensis, occasione expositionis, et Processionis SS. Sacramenti, qua die Can.cus hebdomadarius applicat Missam pro dicta Societate

Subministrat etiam Ceram pro delatione SS. Viatici ad Infirmos, necnon in die Festo, et octava SS. Corporis Christi, sicut et in fer. 5.a Cenæ Dni, ac sexta Parasceve, et alijs expositionibus

Tenet insuper celebrare, facere duas Missas annuas pro anima q. Catherine Dulche

Item ex instituto duo anniversaria pro Confratribus, et Consororibus, unum scilicet post Commemorationem omnium Defunctorum, et aliud post octavam SS. Corporis Christi

Solvit etiam d.a Societas tarì tria Capitularibus, pro solemnijs Corporis Christi, et octava.

Possidet bona descripta in actis p.ae p.te fol 393 et nonnullas peragit questuationes, que administrantur à Priore pro tempore, per quem mandavit reddi rationem.

In eodem altare habent omnes Capitulares canendi ? ante Missam Conventualem singulis Dominicis, et Festis de precepto, cum applicatione sacrificij pro Collegio, in alijs vero diebus, iuxta Rubricam, sive Tabellam onerum ecclesie insertam in actis p.te ? fol. 395 —

Inspecto altare mandavit providere de vase ex auricalco pro ablutione digitorum post Comunionem Populi, depingi Crucem in fronte ipsius, et provideri de tela seragela ad operienda mensam post Misse celebrationem, ut mappe à pulvere ac sordibus defendi possint, ac munde conservari quod decretum pro omnibus altaribus censeatur repetitum.

Et quia in p.a visit. epi. Blasij expositum fuit q. Avancati Fatij reliquisse archipresb.ro et Canon.s centum unciarum duodecim in sorte, impositum ? q. Iuliano Palamides, cum onere celebrandi singulis annis tot missas, que non fuerant celebrate, eo quod filij d. Iuliani alegabant nullitatem Census et d.s Epus. mandavit doceri de d.a nullitate infra tres menses, alias relaxavit mandatum executivum, Ill.mus et R.mus D. iniunxit Vic.o For.o ut recognoscat statum

De Ecclesia B. V. M. de Campo

die 17 9bris 1719

Celebrata Missa in Ecclesia Collegiata, Illmus et Rmus D. se contulit ad praedictam ecclesiam parum distantem à Terra, in qua unicum adest altare, cum Imagine B.mae V. maximae devotionis apud Incolas, in quo celebratur tantummodò ex devotione diebus Sabathi. Mandavit provideri altare de Tela cerata, et tavagliola ad effectum ut suprà, et fenestram ecclesiae muniri vitreis Specularibus, sivè Tela cerata infra Mensem.

De ecclesia S. Sebastiani

Sita est prope Terram, et unicum habet altare ubi Confratres Societ. Laicalis in eo existentis celebrare faciunt sub die festo S. Titularis Missam Cantatam cum primis et 2.is Vesperis. Illmus et Rmus D. mandavit provideri de novo Tabello pro Candelabris, illudq. decenter depingi, fieri Coronides circa Tabellas Secretarum, renovari Predellam, et provideri de Tela cerata et tavagliola ad eff.um ut sup.a, et muniri fenestras vitreis Specularibus, sivè Tela cerata infra mensem.

De ecc.a B. V. M. [illegible]

Distat à Terra per medium Miliare et est de Iurib. Illmi et Exc.mi Principis Burghesii, ubi erecta reperitur Benef.um de Iure Patronatus eiusd., quod possidet bona adnotata in actis p. fol. 429. [illegible] D. Fran.cus Andr.s de Luci cum oneribus infrascriptis, quorum adimplem.to doceri mandavit

De [illegible] Maiori

Depicta est in eo Imago B.mae V., et adsunt infrascripta Onera Missarum [illegible]

Et quoad dictum Altare depingi Cruce in Fronte ipsius et provideri de Tela Ceracula ut supra

De Altare S. Joh. Bapt.

De Iure Patronatus ex.mi Domus Barcherij ubi erectum est Beneficium pariter de Iure Patronatus eiusdem cum onere Missae unius singulis Dom. et Ferijs Quartis ex Fundatione, et Missae Cantatae cum primis, et secundis Vesperis in die Nativitatis S. Ioannis Bapt.

Adest etiam legatum annuum Missarum duarum, nempe unius in festo S. Ioannis Bapt., et alterius in festo S. Ioannis Evangelistae, et unius anniversarij sub die 27 Februarij pro an.a q. D. Galeotti Beruetti, pend. eius D. Domus, per ipsum relictae d.o Beneficio

Insuper adest legatum Missarum decem annuarum pro an.a q. Felicitatis Palamides

Possidet dictum Beneficium, sive altare bona descripta in notula exhibita in actis p.ti 16.mi fol. 40 eiusq. Rector D. D. Fran.cus Ant.s de Luis, per quod mandavit doceri de adimplem.to

Et quoad altare Ill.mus et R.mus D. mandavit approximari lapidem sacrum per tres digitos fronti eiusdem, et in ea depingi Crucem, nec non provideri de Scanno depicto pro Candelabris, de nova Bradella, et de Tela Ceracula ut sup.a infra mensem sub poenis arbitrio

De Altare SS. Petri, et Pauli

Concessum fuit per Epum. Altarium Ioanni Baptistae Dorsole, cum obligatione illud providendi de omnibus necessarijs, ac manutenendi in perpetuum, et in prima

162

Visit. eiusd. Epi fol. 63

Celebrant in eo Capitulares per turnum missam in anno diebus Lunae, et Iovis

Inspecto altare mandavit extendi Calicem pretiosum in telario et cooperiri tela ad effectum illud conservandi, et provideri de tela straguila ut sup.a in fra mensem.

De Altare B. M. de Carmelo
olim
S. Michaelis archangeli

Erecta ibid. est Societas eiusd. Tit. aggregata archiconfrat.ti de urbe

Possidet bona descripta in actis p.ae fol. quae administrantur à Priore pro tempore, qui mandavit reddi rationem.

Celebranda esset missa una singulis annis ex leg. q. Ioannis Mariae Petrachini, sed cum non fuerit executioni demandatum non obstantibus decretis Episcoporum antecessorum, Ill.mus D. iniuxit q. D. Ioanni Mecono quod referat in scriptis super tenore Legati, et census destinati ad effectum.

Celebrant in d.o altare pariter Capitulares per turnum singulis ferijs quartis

Inspecto altare mandavit depingi Crucem in fronte, et provideri de tela straguila ut supra.

De Altare Nativitatis Dni.

De Iuribus Virginia Paulucij, et suor. Celebrant in eo Capitulares per turnum singulis ferijs Quintis.

Adest etiam legatum Missarum quindecim annuar. pro anima q. Ioseph Todini, pro quib. doceri iussit de adimplem.to

Episcopus Alectti B.M. quia dictum altare adnexum reperitur Ianuæ ecclesiæ iussit demoliri, et transferri in Cappellam S. Mariæ Magdalenæ, quam concessit dictis Virginis, et illius filijs firma remanente ipsorum sepultura ubi ad presens reperitur ut in sua visit. fol. 65., dictumque Decretum confirmavit B.M. Episcopus Blasi in pª visit. fol. 199 à tº. Cumque dicta Decreta non-dum fuerint executioni demandata Illmus D. assignavit Sex alios menses pro ultº et peremptorio termino, quibus elapsis devolutum altare declaravit, et demoliri posse ex offº decrevit.

De Altare SS. Crucifixi sive Disciplinæ

Erecta ibidem est Societas Disciplinæ, aggregata Vb. Archiconfti Confalonis de Urbe; eius Confratres utuntur vestibus albis et incedunt in Processionibus, et ad comitanda Cadavera Defunctorum.

Possidet Bona descripta in actis pº fol. 411. quæ administrantur ab officialibus, quos mandavit reddi rationem administrationis, et de adimplemtº onerum infrascriptorum.

Tenentur enim ex Instituto celebrari facere duo anniversaria unum scilicet die 4 Maij post festum S. Crucis, et alterum infra octavam Defunctorum.

In die festo S. Crucis 3ª Maij fit Processio per totam terram ad delationem reliquiæ SS. Crucis, et sumptibus dictæ Societatis decantatur ibidem Missa solemnis, ut primis, et secundis vesperis.

Tenentur etiam celebrari facere breve anniversarium pro

144

Anima Ioannis Dom.ci Macione

Adest etiam Legatum trium Missarum annualium pro anima q. Ioannis Mæ Servadini, quod nondum executum videtur, prout dictum fuit ad Altare S. Mæ de Monte Carmelo: ideo Illmus D. D. Macono et Gentilini mandavit quod inquirant statum ac meritum, et referant in scriptis ad effectum ut supra.

Adest etiam Legatum Missarum viginti annualium pro anima q. Bernardi

Capitulares celebrant qualibet die Veneris, cum applicatione Sacrificii pro Societate

Viso Altare mandavit retrotrahi Scabellum Candelabrorum saltem per quatuor digitos, reaptari velum SS. Crucifixi et provideri de floribus, et Tela sovagula ut supra.

De Imagine SS. Salvatoris

In loco ubi asservatur Imago, olim aderat Altare Privilegiatum quod fuit ab antecessoribus suspensum.

De Altare Assumptionis B. Mæ Virginis Mariæ.

Est de Iuribus Canonicatus possessi a q. D. Massentio Lazzari, cui annexum est onus manutenendi dictum Altare, et celebrandi quotannis Missas quindecim pro an.a q. Victoris Pontiani, qui reliquit petium Terræ sextiorum capacitatis Rubri unius in Cont.a Pantana sub rogitu q. Theodori Senis Not.ii huius Terræ

Celebrant in eo Capitulares ff Secundam Missam secundam singulis feriis secundis.

Viso Altare mandavit provideri de quatuor Candelabris et
auricalco, vel saltem ligneis decentes depictis, cum suis bas-
culis, et floribus, et de Tela stragula, atq. reaptari
Labium infra Mensem sub penis

De Altare S. Mariae annunciatae.

De Iuribus q. Pauli antonij Ferrij, et inter Capitulares
celebrant missam primam qualibet die Sabathi
Suspensum olim fuit quia pené denudatum, et q.a Angela
vidua relicta d. q. Pauli Antonij non habet unde illud
manutenere posset, constituta coram Illmo. et Rmo. Dno.
eu dignaretur acceptare renunciationem, quam Illmus. et
benigne admisit, et acceptavit, et illico adstantes horta-
tus fuit ad suscipiendam curam, et restaurationem dicti
Altaris, ad quam se paratum exhibuit q. D. Egidius
Gentilini, ideo q. Illmus. et Rmus. d. Altare predictum
concessit titulo veri Iuris Patronatus eidem q. D. Egidio
Gentilini, acceptanti pro se suisq. successoribus, cum
obligatione in forma q. C. A. de manutenendo, et pro-
videndo in perpetuum de omnibus, et singulis suppel-
lectilibus necessarijs, et opportunis in forma consueta,
et iuxta ritum Ecclesiae, presentibus DD. Canonicis Inno-
centio Floridi, et Romulo Cechi Convisitatoribus et
Testibus

De Altare S. M. Magdalene

Suspensum olim fuit, et ab Epo. Alberti concessum virginis

Paulucciis, et Sacerdoti Joanni Angelo Aristotili, Thomas, Joseph et Petro, fratribus de Meconis illius filijs ad effectum erigendi in eo Altare Nativitatis Domini, ut in eius visit. fol. 63. ut supra ad Altare Nativitatis; Reiicio Illmus D. confirmavit decretum factum pro assignatione perscriptorum terminj, de quo in visit. supradi Altaris Nativitatis

De Altare SS. Luciæ, et Caroli

Est de Iure Patronatus Illmi et Excmi D. Principis Burghesij ubi ex obligatione Beneficiati Canonici nuncupati, celebratur ter in hebdomada; Rector sive Canus, ad præsens est D. Joseph Antonius Fatij

Tenetur insuper d. Canus celebrare sub diebus festis SS. Titularium nec non semel in mense pro ana, et ex legato q. Julij q. Ubaldi unà cum anniversario in die eius obitus

Item celebrare facere quotannis pro Capitulares quinque anniversaria de quibus in Tabella Sacristiæ, cum eleemosina obulorum viginti septem cum dimidio pro quolibet anniversario. Pro quibus Illmus D. mandavit doceri de adimplemento

Possidet dictum Altare, sive Cannonicatus bona descripta in actis pri primi fol. 413.

Inspecto Altare mandavit provideri de alijs duobus Candelabris et vasculis cum floribus, et de Tela cerata ut supra, et reaptari Bradellam infra mensem sub pœnis

De Confessionalibus

Mandavit reaptari Confessionale existens propè Januam Campanilis infra mensem.

De Suggesto

Inventum fuit ad formam

De Organo

Pariter inventum fuit ut supra

De Campanile

Ut ad proximum

De Sacrario

Mandavit renovari Ianuam, muniri sera, et Clavi, depingi et inscribi superius litteris grandiusculis = Sacrarium =

De Choro

Tollendus est ob angustiam loci

De Sepulturis et pavimento

Inventa fuere ad formam

De tota ecclesia.

Mandavit renovari Ianuam Maiorem vetustate laborantem reaptari tectum, et fenestras vitreis specularibus muniri in locis necessariis infra sex menses sub pena etc.

De Sacristia

Cum indigeat multis, signanter quia pera multo curantur et permaneant sub administratione Sacristæ minoris, Illustrissimi et Reverendissimi Domini, mandavit deputari quotannis unum de Capitulo qui sit tanquam Sacrista maior, et pro prima vice deputavit Reverendum Dominum Archipresbiterum, cui iniunxit conficere Inventarium omnium Sac. Suppellectilium, ad effectum illas consignandi Successoribus, in numero pondere, et mensura

Interim mandavit inaurari Calicem, et binas Patenas ab Episcopis Antecessoribus suspensas.

Reaptavi Planetam ex una parte coloris viridis, et ex altera violacei, ac Planetam, et duas Dalmaticas albas, ut dicitur di Damasco.

Suspensioni subiecit Planetam unam nigram, et provideri iussit de viginti Purificatorijs.

Missale unum suspendit, et in alio mandavit apponi novum Canonem, et provideri de duobus Missalibus pro defunctis infra sex menses sub poenis &.

De Statu Ecclesiae

Ecclesia olim Parochialis erecta fuit in Collegiatam sub Epo. Valentino ad instantiam D. Randulphi de Anguillaria Comitis, pro uno Archipresbitero et tribus Can.cis, prout ex copia Bullae erectionis sub dat. Florentiae die 5 augusti 1439. in actis p.ti f.i Iohannis de quibus, et eorum Praebendis sermo erit in tit. = De Capitulo Can.cis et Clero infra fol. 88.

De Libris Parochialibus

Penes Archipresbiterum existunt Libri Parochiales, quibus ... mandavit Curtulari Libros Baptismi, Confirmationis Matrimoniorum, et Mortuorum infra mensem sub poenis &.

De Statu Animarum

Familiae Terrae Stabiles, et Servitoris sunt n.o	190
Animae Communionis ad praesens	492
Non Communicantes	262
Animae in totum	753